UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decretum Gratiani

Gratianus <de Clusio>

Parisijs, 1542

Prima, an sit co[n]iugium inter seruum et ingenua[m]? Sic: nisi error impediat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

diſpari: de quo tractatum eſt in precedenti cauſa. Aliud de diuerſitate conditionis, ſcʒ cum liber contrahit cū ancilla: vel libera cuʒ ſeruo: de quo in hac cauſa tractatur. Tertium eſt cū vnus eſt maior, ꝛ alter minor: de quo tractať in cauſa ſequenti. Tractat igiť magiſter in hac cauſa de errore conditiōis: et quis error impediat matrimonium. Et vt hec et alia cōpetētius faciat, premittit thema: de quo duas elicit queſtiones.

Coniugia ipa ria dicū tur tri bus mo dis. ¶ Cuidaʒ mulieri nobili. imparia coniugia tribus modis dicuntur. Uno modo quando contrahit fidelis cum infideli: de quibus in ſuperiori cauſa audiuimus. Alio modo qñ vn⁹ liber ꝛ alius ſeru⁹: de q̄bus in hac cauſa vidimus. Tertio mō qñ vn⁹ maior, alter minor: de quibus in ſequēti tractatur. hic de errore perſone, cōditionis, qualitatis ꝛ fortune tractatur.

Quod autem. ¶ Caſus. hic depingitur pͥma queſtio qua queritur an matrimoniū ſit inter eos inter quos interuenit error perſone? Et certum eſt ꝙ error perſone ꝛ error conditionis impediunt matrimoniū: error vero fortune et qualitatis non impediunt. Gratia. tamen in hoc ꝭ. allegat pro vtraqꝫ parte diſtinguendo quatuor errores: ſcʒ pſone, fortune, conditionis, ꝛ qualitatis. Diuiditur enim in tres partes. In pͥma parte allegat Gratia. pro viro ꝙ ſit inter eos matrimoniū. ꝛ hoc facit per deſcriptionem matrimonij ꝛ quia ex tali coniunctione cōſenſus interuenit, matrimonium fuit inter eos. Sed ſtatim ꝓ muliere reſpondet dicens ꝙ ibi non affuit conſenſus, cum error interuenerit. ꝛ ita non fuit cōiunx: quod probat exemplo illius qui ordinatur ab eo quē putat eſſe epm cum nō ſit: ſed ſtatim allegat pro viro dicēs ꝙ non omnis error impedit cōſenſum matrimonij: qꝛ error virginitatis non impedit matrimonium. In ſecunda parte ſoluit pro muliere, diſtinguendo quatuor errores ſcʒ perſone, cōditionis, fortune, ꝛ qualitatis. ꝛ dicit ꝙ error perſone et conditionis impediunt matrimoniū: error vero fortune ꝛ qualitatis non. Et ꝙ error pſone īpediat probat duobus exēplis. Nā ſi aliquis vellet rē ſuā vendere Marcello, ꝛ poſtea Paul⁹ ſimulauit ſe Marcellū: non tenet venditio cū Paulo. Similiter cū aliq̄s putat ſe emere aurū, ꝛ emit aurichalcū: non cōſentit in aurichalcum. In tertia parte probat pro viro ꝙ error pſone non impedit matrimoniū: quia Jacob non cōſenſit in Lyam: et tamen matrimoniū fuit inter eos. Sed ſtatim reſpondet pro muliere dicens ꝙ matrimoniū fuit inter Jacob ꝛ Lyam ex ſubſequēti cōſenſu, ꝛ nō ex precedēti. Et ꝙ error perſone excuſet, ꝓbat tribus exēplis, ſcʒ exēplo eius qui per ignorantiā cognouit ſororē vxoris: et exēplo diaboli qui transformat ſe in angelum lucis: ꝛ exemplo heretici, qui ſimulat ſe catholicū. vnde cum hic interuenerit error pſone, patet ꝙ iſta non eſt cōiunx ipſius. Error vero fortune ꝛ qualitatis non excludit conſenſum.

gē. ꝓbuit illa aſſenſum. Alius vo quidā ignobilis atqꝫ ſeruilis cōditionis noīe illi⁹ ſeipm obtulit, atqꝫ eā in cōiugē accepit. ille q̄ prius ſibi placuerat, tandē venit, eāqꝫ ſibi in coniugē petit. illa ſe deluſam cōqueriť: ꝛ ad prioris copulā aſpirat. Hic primū queriť an ſit cōiugiū iter eos? Scđo ſi pri⁹ putabat hūc eſſe liberū, ꝛ poſtea dephendit illū eſſe ſeruū: an liceat ei ſtatim ab illo diſcedere?

¶ Queſtio .i.

Quod aūt[a] cōiugium ſit inter eos, probatur hoc modo. Coniugium ſiue matrimonium eſt viri ꝛ mulieris coniunctio indiuiduam vite conſuetudinem retinens.

Item cōſenſus[b] vtriuſqꝫ matrimonium facit. quia ergo iſti coniuncti ſunt vt indiuiduam vite conſuetudinem conſeruarent: quia vterqꝫ conſenſit in alterum, coniuges ſunt appellandi.

His ita reſpōdetur: Conſenſus eſt duorū vel plurium ſenſus in idem. qui aūt errat, non ſentit. non ergo cōſentit, id eſt ſimul cum alijs ſentit. hec aūt errauit[c]: non ergo conſenſit[d].

a ¶ Qđ autē. hic depingiť .j. q. an. ſ. matrimoniū ɔtrahať inter eos inter q̄s iteruenit error perſone: hoc eſt dicere, an error pſone ipediat † matrimoniū cōtrahēdū et dirimat iā cōtractū. G. allegat ꝓ ꝛ cōtra: diſtinguēdo q̄tuor errores, fortune, q̄litatis, pſone, ꝛ ɔditionis. duo vltimi dirimūt matrimonium: nō ex ſua natura, ſed ex cōſtitutione eccľie. Nā ſiľr et papa poſſet cōſtituere ꝙ error qualitatis impediret, et ꝙ nullus error impediret, ꝛ ꝙ eſſet matrimoniuʒ vbi eſſet error pſone: ſicut ꝛ tenet pignus licet ibi ſit error. ff. de pig. ac. l. j. vnde ex natura nō hʒ error pſone ꝙ īpediat. argu. tñ eſt ɔ. j. ð Jacob ꝛ Lya qꝛ nōdum eccleſia ɔſtituerat: et tamē tunc ipediebat. Et eſt etiā arg. ɔ. quia error impedit emptionē: vt. ff. de cōtrahē. empt. quidā tamen. Et no. ꝙ fm hug. ꝛ L. nunq̄ errať in pſona, niſi prius habita notitia aliqua de eo cuius noīe alius ſe repreſentet. vnde ſi aliquis offert ſe ſub noīe regis francie alicui puelle: ſi ipſa nihil vnq̄ audiuit de rege frācie: nec aliquam notitiā habet de eo per famam vel alio modo: ꝛ putat hunc eſſe regē francie: non errat in perſona: ſed in fortuna vel qualitate vel nomine. Sed ſi aliqua conſentit in aliquem viſum vel non viſum, tñ aliquo modo ſibi cognitū, ſcʒ fama vel alio modo: ſi poſtea per errorē accipiat aliuʒ: etiam ſi ab eo fuerit cognita, reddeť primo, ſi tñ ille in eā cōſenſerit ꝑ nūciū, vel alio modo. ſi vero nullo modo fuerit ſibi cognitus, q̄uis ꝑ errorē accipiat aliū nunq̄ reddeť primo: qꝛ inter eā ꝛ primū non fuit mr̄imonium. nā in penitus incognitū nec amorē nec conſenſum dirigere poſſumus. ‡ vnde Aug. Nō viſos diligere poſſumus qui nobis per famā vľ alio modo cogniti ſunt: incognitos autē diligere nequim⁹. ſed certe licet hoc poſſit concedi ꝙ non ſit reſtituēda priori, non tñ dico ꝙ debeat ſtare cuʒ ſcđo: cū ibi ſit error. Nā errare eſt aliud ꝓ alio putare: vt. xxij. q. ij. in quibus. ꝛ. xxxviij. diſ. q̄uis. Item eadem ratione qui emit aurichalcū pro auro, cōſentit in aurum: qđ falſum eſt: vt. ff. de ɔtrahen. emp. alioquin. ꝛ l. quid tñ. nam licet non erret circa illum cuius nullā notitiam habuit, errat tamen circa preſentem. ‡ h. tamen ꝛ L. dicunt ꝙ ſit matrimoniū cum iſta: ſed hoc non credo cum ibi ſit error. ergo nō eſt ibi ɔſenſus. qꝛ nihil eſt tam contrarium conſenſui q̄ error: vt. ff. de iudi. l. ij.

b ¶ Item cōſenſus. vt. xxvij. q. ij. ſufficiat. Intelligitur autem cōſentire niſi expreſſe diſſentiat: vt. ff. ſol. ma. l. ij. ꝭ. volūtatem. ꝛ ex̄ de ſpō. ſicut ex literis. ꝛ ex̄ de his que fi. a prela. ca. ij. ff. de ſpon. l. ſed ea que patris.

c ¶ Errauit. quia alium pro alio putauit: hoc eſt errare. xij. queſtio. ij. in quibus. Uel pro vero falſum putare. xxxviij. diſt. quamuis.

d ¶ Conſenſit. Nihil eſt tam contrarium conſenſui q̄ error: vt. ff. de contrahen. emp. alioquin. ff. de iuriſd. om. iudi. l. ſi per errorem.

Matrimoniū vtrū errore impediať.

† Arg. ex̄ de cō ſan. nō debet.

Error pſone nō facile ɔmittitur.

‡ Ar. cōtra. ff. ð ɔtrahē. emp. cū ab eo ꝭ. maſſam.

‡ Sub. circa quē error attēditur qđ dic vt no. ſ. e. i gloſ. dicit tñ ɔ. e. i ſi.

Error eſt ɔtri⁹ ɔſēſui.

nō itaqꝫ cōiunx eſt appellāda: qꝛ nō fuit ibi cōſenſus vtriuſqꝫ ſine quo nullū matrimonium eſſe pōt: ſicut em̄ ille q̇ ordinatur ab eo quē putat ep̄m eſſe, et adhuc eſt laicus, errat: nec vocat̃ ordinatꝰ, immo ab ep̄o adhuc eſt ordinādus[a]: ſic iſta errans nulli eſt copulata cōiugio, imo adhuc eſt copulāda.

Ad hec, Non oīs error conſenſum euacuat. qui enim accipit in vxorē corruptā quā putat virginē: vl' qui accipit meretricē quā putat eſſe caſtam: vterqꝫ errat: qꝛ ille corruptam exiſtimat virginē, et iſte meretricem reputat caſtā. Nūquid ergo dicēdi ſunt nō cōſenſiſſe in eas? aut dabit̃ vtriqꝫ facultas dimittēdi vtrāqꝫ et ducendi aliā[b]? Uerū eſt ꝙ nō oīs error conſenſum excludit: ſed error alius eſt ꝑſone[c], alius fortune, alius conditionis, alius qualitatis. Error perſone eſt qñ hic putatur[d] eſſe Uirgiliꝰ, et ipſe eſt Plato. Error fortune qñ hic putatur eſſe diues, qui paup eſt ⁊ econuerſo. Error cōditionis qñ putatur eſſe liber q̇ ſeruus eſt. Error qualitatis eſt qñ putat̃ eſſe bonus qui malus eſt. Error fortune et qualitatis, cōiugij ꝯſenſum non excludit. Error ꝟo ꝑſone et cōditionis, cōiugij ꝯſenſum non admittit. Si quis em̄ paciſceretur ſe vendituꝛū[e] agrū Marcello: et poſtea veniret Paulus dicens ſe eſſe Marcellum: et emeret[f] agrū ab illo nūquid cum Paulo conuenit iſte de precio: aut dicēdus eſt agrum ſibi vendidiſſe? Item ſi quis promitteret ſe vendituꝛum mihi aurū, et pro auro offerret mihi aurichalcū[g] et ita me deciperet: nūquid dicerer ꝯſenſiſſe in aurichalcū? Nūqꝫ volui emere aurichalcum: nec ergo aliquando in illud cōſenſi: qꝛ conſenſus non eſt niſi voluntatis. Sicut ergo hic error materie excludit cōſenſum, ſic ⁊ in cōiugio error ꝑſone. Non em̄ cōſenſit in hūc: ſed in eum quē putabat[h] eſſe. Sed obijcitur: Jacob non conſenſerat in Lyam, ſed in Rachel. ſeptem ſiquidem annis ꝓ Rachel ſeruierat. Cum ergo eo ignorāte Lya eſſet ſibi ſuppoſita, non fuit cōiugiū inter eos, ſi error perſone cōſenſum excludit: qꝛ (vt dictū eſt) non in eam cōſenſerat, ſed in Rachel. His ita reſpondet̃. Conſenſus alius eſt precedens: alius ſubſequens. precedit cōſenſus qñ ante carnalē copulā in indiuiduā vite conſuetudinē vterqꝫ cōſenſit. ſubſequit̃ qñ poſt cōcubinalē ſiue fornicariū coitum conſentiunt in idem. Jacob ergo et Lyam nō fecit cōiuges precedens cōſenſus, ſꝫ ſubſequēs[i]: nec tamen ex primo cōcubitu fornicarij iudicantur: cum ille maritali affectu eam cognouerit: et illa vxorio affectu ſibi debitū ꝑſoluerit: putans lege

a ¶ Ordinandus. Ut. lxviij. diſt. preſbyteri.

b ¶ Aliam. q. d. nō. Nam nec ille error venditorem impedit: ſꝫ error ſexus impediat. ff. de ꝯtrahen. empt̃. alioquin. §. j. tamē dicit lex ꝙ ſoluit̃ emptio per actionem ex empto. ff. de act. emp. ex empto. §. ſi quis virginem.

c ¶ Perſone. ꝑſona eſt ſm̄ B. rōnabilis creatura indiuidua eſſentia.

d ¶ Putat̃. dt R. ꝙ in hac litera non debet eſſe ipſe, ſed hic: et hec vox hic, non eſt pronomen: ſꝫ aduerbiū: vt ſit ſenſus: Error ꝑſone eſt quādo putatur eſſe Uirgilius hic. i. in hoc loco: et ibi eſt Plato. Naꝫ īpoſſibile eſt vt putes Uirgilium eſſe Platonem. de dicto patet. de re ſit'r patet: quia īpoſſibile eſt ꝙ quis putet de Uirgilio ꝙ ſit Plato: nec econuerſo. qđ veruꝫ eſt ſm̄ opiñ. illoꝛū qui concedūt ꝙ iſtum eſſe Uirgilium eſt Platonē eſſe Uirgiliū. Alij vero cōcedunt ꝙ iſte putat illuꝫ eſſe Platonē: nō tñ putat Uirgiliū eſſe Platonē: et hoc ꝑ accidens: qđ īnuit ꝓpꝛiū nomē. inter quos eſt H. Hāc opi. ſecutꝰ eſt h̄ G. ſm̄ hoc planū eſt qđ dt qñ hic putat̃ ⁊c. et ꝙ pingui intellectu errantis putet̃ de aliq̄ ꝙ ſit alius, habes. xxvj. q. v. nec miruꝫ. vbi dicit Aug. ꝙ hunc puto eſſe hominē, demōſtrato demone. ff. de except. rei iud. et an eadē. ar. ff. de furt. ſi is qui. §. ſi tu mihi. et de iniur. eum qui. §. ſi iniuriā. vbi dicit iuriſperitꝰ ꝙ hunc puto Luciū demonſtrato Seio. Sed q̄ro circa quā ꝑſonā dicis hunc errorē fore? Dico ꝙ circa preſentē, qñ ſcilꝫ cōtrahit cū vno ⁊ credit ſe ꝯhere cū alio. vnde dico ꝙ circa abſentē perſonā nō errat. nam dico ꝙ ſi primo iā ille conſentit in iſtam: ⁊ iſta modo cōſentit in illum, ꝙ eſt matrimonium. Sed queritur ſi ille eſt mortuus in quē conſentit et alius preſentatur ſibi: an talis error impediat matrimoniū? Sic: quia licet ille nō ſit in rerum natura: non minus tamen eſt ibi error perſone. Item ſi aliquis habeat tres filios: et aliqua cōſentiat in maiorem filium: poſtea preſentet̃ minor: nō tenet matrimoniū cum eo.

e ¶ Uenditurum. i. venditum ſe traditurum.

f ¶ Emeret. Id eſt quaſi a ſe emptum per traditionē acciperet: ideo autem ſic exponūt doctores: quia ſi duobus venderet et ſecundo traderet, ſecundus eſſet potior: vt. C. de rei vendit̃. quotiens. ff. de rei vendi. ſi a titio. Sed Gratianus intellexit literam iſtam ſic quādo ſcilicet ſecundo non eſſet venditurus ſi eum cognoſceret. vnde cū erraret in ꝑſona que ſecundo offerebat precium, non contrahebat cum ea. ff. de furtis. ſi quis vxori. §. cum titio. ff. de contrahenda empt̃. cum ſeruo. nec errans dominium transfert. ff. de acquirē. rerum domi. ſi ꝓcurator. et ſic plana eſt litera. et. l. ſi a titio. et illa. l. quotiens. intelligūtur cū ſcienter cū duobus contraxit. doctores tamen exponunt (vt dixi) emeret, id eſt emptuꝫ acciperet, et hoc propter illud quod ſequitur: nunquid cum Paulo ⁊c.

g ¶ Aurichalcum. Uoluit dicere Marcellus ꝙ eſſet emptio et venditio: quia in corpus cōſenſum fuit licet fuerit erratuꝫ in materia: id eſt in ſubſtantialium qualitate. Sed Ulpianus eum correxit, dicens non eſſe venditionē vbi erratum eſt in materia. ff. de contrahen. emp. in venditionibus. pignus tamen tenet ſi quis obliget es pro auro: vt. ff. de pig. actio. l. j.

h ¶ Putabat. Si quis autē errat in proprio noīe, dum tamen certum ſit de quo conſentiat: hoc non officit. C. de teſta. ſi in nom ne. ſecus autē in appellatiuo. ff. de hered. inſti. non ideo minus. ff. de lega. j. l. iiij.

i ¶ Subſequens. j. xxx. q. v. §. ſed obijcitur.

Uirgiliū putare eē Platonem eſt impoſſibile.

Uenditio non eſt vbi in materia erratur.

primogenitarũ[a] ⁊ paternis imperijs ſe ſibi iure copulatam. Q̄ꝫ autē error perſone nõnullos excuſet, authoritate illa ꝓbatur qua ſoror vxoris vtrocꝫ inſcio[b] (ſorore videlicet ⁊ marito) in lectum eius iuiſſe, ⁊ a viro ſue ſororis cognita perhibetur: que ſine ſpe coniugij perpetuo manere cenſet: ille tamē q̇ cognouit eā per ignorantiā, excuſat. Aliter etiā hoc ꝓbat diabol⁹ nonnunq̄ꝫ ſe in angelū lucis transformat[c]: nec eſt periculoſus error ſi tunc creditur eſſe bon⁹ cum ſe bonum ſimulat. ſi ergo tunc ab aliquo ſimplici quereret, an ſue beatitudinis vellet eſſe particeps, et ille reſponderet ſe in eius conſortium[d] velle trāſire: nunq̇d dicēdus eſt cõſenſiſſe in conſortiū diabolice damnationis, an nõ potius in participationē eterne claritatis? Itē ſi quis hereticoꝝ nomine Auguſtini vel Ambroſij, vel Hieronymi alicui catholicorū ſeipſum offerret, atqꝫ ad ſue fidei eum imitationē ꝓuocaret: ſi ille preberet aſſenſum, in cuius fidei ſententiam diceret cõſenſiſſe? Nõ in hereticoꝝ ſectā, ſed in integritatē catholice fidei, quā ille hereticus ſe mentiebat habere. Quia ergo hec perſona decepta errore nõ in hūc, ſed in eū quē iſte ſe mentiebat eſſe, conſenſit: patet ꝙ eius coniunx nõ fuerit. Error fortune ⁊ qualitatis non excludit cõſenſum: veluti ſi q̇s cõſentiret in prelaturā alicuius eccleſie quā putaret eſſe diuitē, ⁊ illa eſſet minus copioſa: q̄uis hic deciperet errore fortune, non tamen poſſet renūciare prelature acceptе. ſimiliter que nubit pauperi, putans illum eſſe diuitē: nõ poteſt renūciare priori conditiõi, q̄uis errauerit. Error qualitatis non excludit ſimiliter cõſenſum: vtpote ſi q̇s emerit agrum vel vineam quā putabat eſſe vberrimā: quāuis iſte erraret in qualitate rerū, rem minus fertilem emendo: non poteſt tamen venditionē reſcindere[e]. Similiter q̇ duxit in vxorē meretricē vel corruptā quā putat eſſe caſtā vel virginem, non poteſt eam dimittere ⁊ aliā ducere.

Queſtio .ij.

Secūda[f] queſtio eſt ꝓpoſita de cõditiõe an liceat mulieri dimittere eū quē putabat liberū ſi poſtea illū inuenerit ſeruū. Q̄ꝫ vero mulieri non liceat a ſeruo diſcedere, multis rationibus videt poſſe probari. In Chriſto enim Ieſu, nec iude⁹, nec grecus, nec ſeruus[g], neqꝫ liber diſtinguit. ergo nec i cõiugio chriſtianoꝝ. eadē eñ lege in fide Chriſti vterqꝫ regitur.

a Primogenitarum. conſuetudo erat maiorem ꝑmo nuptui tradere. vij. q. j. q̄ꝫ periculoſum.
b Inſcio. j. xxxiij. q. j. ⁊ .ij. in lectum.
c Transformat. s. xxvj. q. v. epiſcopi.
d Conſortium. Hoc verū eſt ꝙ iſte non peccat cū ita ſimpliciter in genere dicit ſe velle eſſe participē ſue beatitudinis: ſecus ſi ad ſpecialia deſcenderet, non tamē ob hoc excuſat Saul q̇ adorabat demonem quē credebat eſſe ſamuelē. xxvj. q. v. nec mirū. hoc ideo q: interceſſit culpa ſua: vel ibi idololatria adorauit.
e Reſcidere. vt C. de reſcin. vē. q̇ſquis. niſi eſſet deceptus vltra dimidiā iuſti preciј: vt ex̄ de empt. ⁊ ven. cū dilecti. Uel niſi haberet peſtiferas herbas: vt. C. de edi. actio. ſi prediū. Uel niſi dediſſet dolus cauſam ɔtractui: vt. ff. de dolo, l. ⁊ eleganter.
Secunda queſtio. Hec. q. diuiditur in quatuor partes. In prima probat per tres autho. ꝙ ſi q̇s ſciēter conſentit in ancillã, tenet matrimonium. Scd̄a ibi: his ita. Tertia ibi: Si vero. Quarta ibi: Querit etiam. Io. de fan.
Caſus. Hic proponit ſecūda queſtio, qua queritur an mulier poſſit dimittere illum quē putabat liberū eſſe cum ſit ſeruus. Et certū eſt ꝙ ſic: ſecus ſi ſciebat eſſe ſeruum: vt. j. e. ſi quis ingenuus. Allegat tñ s. ꝓ vtraqꝫ parte. vnde ꝓbat in iſto §. trib⁹ authoritatib⁹ Pauli ꝙ eū dimittere non põt. nec iude⁹ ſuple repellēd⁹ eſt a ſacramētis eccleſiaſticis.
f Secunda. hic querit an ſeruili conditione reperta libera poſſit recedere? ⁊ quidem ſic, ſi ignorauit eum eſſe ſeruū quādo ɔtraxit cū eo: vt. j. e. ſi quis ingenu⁹. Et no. hu. ꝙ nõ ois error conditionis impedit matrimoniū, ſed tantū error ſeruilis cõditionis, nec etiam ſemper talis error impedit. Unde ſi libera vult contrahere cum ſeruo, ⁊ contrahit cum libero, non dirimit matrimonium, licet ibi ſit error cõditionis: quia non intelligit talis decepta que cū meliori ɔtrahit q̄ꝫ credebat. Similiter dic ꝙ ſi ſeruus credit ɔtrahere cū libera, ⁊ ɔtrahit cū ancilla: non dirimitur matrimoniū, q: conſentit in hominē ſue cõditionis: et quia neuter poteſt aliquid alij obijcere, ⁊ ita propter errorem ſerui nunq̄ꝫ dirimit matrimonium: ſed certe pari ratione videtur ꝙ ſi aliqua credit ɔtrahere cum vno, et contrahit cū alio qui eſt ditior ⁊ melior, ꝙ matrimoniū teneat: quia non videtur decepta. Alij autem dicunt ꝙ ſiue erret in meliori ſiue in deteriori conditione, ſemper dirimit matrimonium. Tertij dicūt ꝙ ſi interueniat error in diſpari conditione, dirimit matrimonium. ſed ſi in pari, non dirimitur. vnde ſi libera vult ɔtrahere cum libero, et contrahit cū ſeruo: vel ſi ſeruus vult contrahere cum ſerua, ⁊ cõtrahit cum libera, nõ tenet matrimoniū. ſed ſi liber vult contrahere cū ſerua, ⁊ cõtrahit cum libera: vel ſi ancilla vult contrahere cū libero, et contrahit cū ſeruo: tenet matrimonium, q: vtrobiqꝫ eſt paritas. Ioan. ⁊ hec opinio bona mihi videt. B. Dubitari autem conſueuit ſi libera contrahit per errorem cum homine aſcriptitie cõditionis, an teneat matrimonium? H. dicit ꝙ teneat: lex tamen contradicit in autenti. de nup. § aſcriptitio. col. iiij. et. C. de ſenatuſcon. clau. l. vna.
g Nec ſeruus. A ſacramentis enim eccleſiaſticis non eſt amouendus: vt extra de coniug. ſeruo. dignum. Uel ab illis que ſunt iuris naturalis vt a voto: vt in autenti. de mona. § hinc autem. colla. j. vbi Iuſtinianus inducit hec eadem verba apoſtoli ad probandum ꝙ ſeruus poſſit eſſe monachus, ſed quãtum ad ius ciuile ſeruus non habetur pro homine: vt. ff. de regulis iur. quod

Saul adorauit demonē. nã prīcipitatio: non vocauit ſuſcitare ſamuelē, et ſic peccauit.
Uendi tio tripliciter reſcinditur.
De h⁹ plene no. i. pre dic. de ere. cuꝫ dilecti.
Libera ſi ignoranter cū ſeruo ɔtraxit, an ab eo recedere poſſit.

Errãs i meliori ɔditiõe an poſſit matrimoniũ dirimere.
Arg. ad hoc inſti. de ac. § preterea. ff. de vſu fru. hactenu⁹. in fi. ⁊ l. ſeq. ff. de in diem addic. ſi vēditor § ſꝫ ſi neuter. ff. de fideiuſ. l. iij. in fi.
Gala. iij. d.